


OLSNENSIUM  
Charitativæ acclamationes  
NUPTIIS  
GEBHARDO-  
WECCIANIS  
A. C. M. DC XLV.

D. XXVIII. IXBR.

*DEO OPT. MAX. clementissimè  
favente*

in maximâ SILESIÆ

*more institutòq; Christianò celebrandis,  
consecratæ.*



OLSNÆ SILESIOR.

Ex Chalcographiâ Seyfertaná.



Sponse doces teneram Bresla cum laude iuventam,  
 Testes sunt Mase, testis Apollo Pater.  
 Hactenus est tantum sed credita mascula proles,  
 Erudienda Tibi nunc quoq; Virgo datur.  
 Non libros poscet, non hac præcepta docendi,  
 Sed lectum, vestes expetet atq; domum.  
 Ardua res teneræ pectus formare iuventæ,  
 Non omnis sequitur dicta paterna Puer.  
 Sed facile flectit generosum Doctor Ephebum,  
 Morigeros sceptri vel levis umbra regit.  
 Sic pietatis amans Virgo tua iussa capesset,  
 Unde Tibi risus, gaudia mille fluent.  
 Unde DEI iussu placide labentibus annis,  
 Augmentum capient curia, Templâ, Scholâ.

ita bono erga præstantis. Dn, Sponsum  
 Ad finem honorandum affectu, Olsnæ  
 gratulabundus bona verba fecit

M. Georgius Seidelius Eccles.

Olsnensis Aulicæ & Oppidanæ Pastor  
 Primarius.

Vates Regius, Imperator Orbis  
 Caula sordibus erutum, nitente  
 Quem sceptrò decoravit, & tigarâ,  
 Viti comparat ardua, modestam,

Sur-

Surgenti latus ad domus Maritam  
 Munus viteus est DEI, racemus;  
 Natis æra Patres boni relinquunt  
 Et tectum, Superi manus Parentis  
 Dat vitæ sociam. Velut frementis  
 Defendit paries Noti furores  
 Adjuncto sibi palmiti, Maritus  
 Sic Costæ bona, corpus & tuetur.  
 Est vitis fragilis, tenella Conjux  
 In firmum quoq; vasculum; vir ergo  
 Huic prudenter adhæreat, Leonis  
 Nec rugitibus increpet trementem.  
 Mater noscat & ipsa se, nec instar  
 Proceræ caput erigens Cupressi,  
 Invadat solium virile, iussa  
 Observet facili sed aure, iusta  
 Nutantem paries tenere vitem  
 Ceu firmus solet, explicare frondes  
 Ut latè queat, & tumere botris;  
 Uxor sic Domini calore fota,  
 Fructus fert, tumefacta, dulciores  
 Uvis, quas ager educat Falernus,  
 Mons quas Masficus, omnis & perenne  
 Cui prisci decus addidere Vates.  
 Vinum mentibus est medela lassis,  
 Pellit mæsticiem latex Ljæus,  
 Crudos ventriculi coquens liquores,  
 Morborum cruciatibus resistit:

A 2

Uxor



Uxor mustea Comparis dolores  
 Mellita jugulat favis loquela,  
 Pellit tormina basiò frequenti,  
 Vita prorogat & dies fluentis.  
 Vitis quas paries habet, vetustas  
 Abscondit maculas; tegit mariti  
 Prudens uxor, & Hujus Ille navos.  
 Vitem Brassica strangulat, jugalem  
 Prævocat rabiosa lis amorem,  
 Hac Colchos laceret Getasq;, vestra  
 Perenni caleant sed igne tæda.  
 Testes tot numeretis, & caloris  
 Vita quod numeratis, & deinceps  
 Annos quot numerabitis caduca.  
 Quæis feliciter & piè peractis,  
 Natos inter, & aureos Nepotes,  
 Arcem siderei tenete Regni.

Clarissimo Domino Gebhardo;

Hujusq; Sponsa, virgini Pietate, Formâ, Bonò inge-  
 niò, & Morum elegantia præ multis ornatissima,  
 schediasmation hoc, & de nuncupare  
 debuit

Michael Kirstenius

Past. & Sen. Smollensis.

\*\*\*\*\*  
 KATETXH FAMIKH

è pio

Sponsorum novellorum nominum significatu.

Omen nomen habet, dictant proverbialia: vestra  
 Omnia sunt vestro, Nomina, faulta Toro,

ELISA-

ELISABETA suò fert nomine Sponsa quietem,  
 JOHANNES Tecum Gratia, Sponsè, venit.  
 Hac bona sunt cunctis longè meliora pyropis,  
 His opibus fretus nemo pericla timet.  
 Qua vos ergò monent, Sponsi, pia nomina, tristi  
 Hæc rerum facie, commeminisse decet.  
 In Domini semper gaudete favore, quiete;  
 Prospera sive fluant, aspera sive ruant.  
 Omnia Consiliò peragas qua sumis agenda  
 Atq; domi atq; foris, Care GEBHARDE, DEI.  
 Sit vigil adjutrix tua WECKIA Costa, JEHOVAM  
 Excitet & precibus nocte dieq; piis.  
 Hac bona si Vobis fuerint re, nomine qua sunt;  
 Vos fore felices ominor Hic & Ibi.

Sinceri affectus ergò deprompta  
 à Dn. Sponsi Ad sine

Eliâ Hojero Archidiac.  
 Eccl. Olf.

Gebhart  
 2. Geb. rapt.

\*\*\*\*\*

AUREA LIBERTAS; LIBERTAS GRATIOR AURO;  
 Gloria BELGARUM PACIUS alta canit.

Hoc simul illustrem responsi misit in ALLAM  
 Vicinam ripis, NECCARE clare, tuis.  
 Sit vox hæc eadem, sit commendata volenti

Fœdera felicis rite ferire tori.

Qui capit ARGENTUM, LIBERTAS perditur ILLI;  
 Ex DOMINIS SERVOS DOS PARIT ampla novos.  
 LIBERTATIS amans leges non imbibet olim,

Garrula. quas vanò promit ab ore SOCRUS.

VIR potius certam figat legem, atq; refigat  
 Sit REX, sic proprii libera norma foci.

Candida sed MATRONA pio sit sponte MARITO  
 Subdita, quò fiant femina Virq; pares.



Scilicet hanc methodum, sequitur quicumq; Maritus,  
Et CONJUX, simul & LIBER IS esse potest.  
At quorsum rapior? Voco Te, COGNATE, PARENTIS  
Delicium cara, delictumq; meum.  
Hactenus Aonios montes, & palladis artes;  
Irrupto studio, non sine laude, colis.  
Tu nostro suasio LINGVIS commotus inhaeres;  
Ungvi de tenero BIBLIA sacra teris.  
Hinc TE GYMNASII PROCERES in Classe Secunda  
COLLEGAM BRESLÆ dexteritate legunt.  
Quâ verò gravitate tuam sis nisus ut ornes  
SPARTAM, Discantum copia testis erit.  
Omnibus est ISTIS donis BONA defuit Uxor  
Quâ sine nulla domus ritè vigere potest.  
Hanc ubi queramus? Non gratus APOLLO PUELLIS;  
Sed MARS, MERCURIUS, NOBILIS, AULA, THEMIS.  
Ergo sacris precibus divinum Numen adoras,  
Omnegv CAJAM desuper adjiciat.  
ARCA PATRIS nitidum donat plerumq; metallum;  
Sed datur à solò FLORIDA Nimfa DEò.  
Quid sit? Ad OLSNEOS hinc mens stat visere AMICOS;  
OLSNAM LIBER ADIS, SPONSUS amatus abis.  
Scilicet à CHRISTO CONJUNCTIO facta Gamarcha,  
Quam BONUS utrovis pollice quisq; probat.  
Quod fuit in fati, fatuum non judico, factum;  
Omne bonum donum, quod pia fata vehunt.  
Ergo dante DEò MULTA VIRTUTE Puellam  
Formosam, gratâ suscipe JANE manu,  
Hec TIBI LIBERTATIS opes edocta relinquet  
Intactas, DOMINUM Te colet aqua Domus,  
Hec THEODORA tuas leges, tua jussa sequetur;  
Navehet ingenio subdita corda tuo.  
Hac curas animò mordaces eximet egrò,  
Quas scholicus NOBIS scit peperisse labos.

Hac

Hac est ILLA CHARIS, PRIMUS quam Civis & Imus,  
Laudat in Olsniacò, voce favente foro.  
Quum novus ergo TIBI LIBER TORUS obtigit; AURò  
LIBERTAS LUTEO sit TIBI grata magis.  
Transit honor forma; REGINA PECUNIA transit;  
DOS ea consistit, quam tua PHYLLIS habet.  
Quod restat, voti caput est, ut WECCIA fiat  
BECCIA, perpetuâ quam MARO laude canit.  
WECCIA producas natura lege GEBHARDOS,  
Quales patritum vidit inante solum.  
Hos tuus inter erat GENITOR, lectissime SPONSE,  
PRÆTORIS functus laudibus OFFICIUM.  
Quid PAULOS cantem, qui civica sceptrâ regebant,  
HABELSCHVVERDANI LUMINA CLARA SOLI?  
Noster & ADGNATUS prestans gravitate JACOBUS  
Exurgat, NUMIS, Consiliisq; gravis.  
Si NOBIS JUSTOS, HEINRICOS, atq; SEBALDOS,  
GOTHFREDOS edes, SPONSA BEATA viges.  
O fiat! Quicumq; VIRAGO refundit in Urbem  
Stemma novum PATRIÆ, FLORIDA VERA manet.

PARI parissimo, lectissimis, novellis Conjugib. ANIMI MEI SOLAO  
TIIS, bene procuraturus hanc  $\mu\eta\mu\eta\nu\ \gamma\alpha\mu\mu\eta\nu$  relinquebam  
AMITINUS respectivè, animò & curâ verò, verè PATER

M. Johann. Viebingius Habel-  
schwerdâ Pastor Christi, p. t. Ducalis Scholæ  
apud Olsneos Rector & Inspector.

\*\*\*\*\*  
Me tibi devinctum tot jam labentibus annis,  
Pluribus officiis, docte GEBHARDE, tenes.  
Quid faciam? optatos vellem divellere nodos,  
Sed neq; fas, neq; vis ulla superstes adest.

Quæ



Quæ tibi pro meritis, aliisque rependere possem,  
Sustulit illa prius Martis avara manus.  
Nempe Peculator dum jam majorq; minorq;  
deprædatur agros evacuatq; domos.  
Insuper infelix lolium dominatur in arvis,  
Expectata seges grandine trita jacet.  
Et decimus Decimas decimo vix reddit in anno,  
(Tanta Ministerii cura, timorque DEI.)  
Usg; adeo turbamur Agris, sunt prædia præda,  
Et Muse mula, fama, nostra fames.  
Nec minus interea impensas sumptusq; requirunt  
Liberi, ut & Libri, totaq; nuda Domus.  
Ipsi etiam agnati, & consanguinitate propinqui  
Auxilium implorant, consiliumq; petunt.  
Omnibus exhaustus jam casibus, omnium egenus,  
Omnibus haud possum sufficere unus ope.  
Sed res salva: dari saltem tibi verba, GEBHARDE,  
Votaq; devoto pectore fusa petis.  
Nec temere hoc factum, securus talia poscis,  
Iro pauperior, quæ dare posset, Inops.  
Ergo tibi Sponsæq; tuæ, quæcunque petisti  
Pauca, sed ex animo verba profecta, dabo.  
Quæ tibi cunq; vovent, reliquiq; precantur Amici,  
Quæq; tibi fieri coelitus Ipse cupis,  
Hæc eadem voti nostri sententia: Fiat  
Quod cupitis, Fiat quod peto, Fiat! Amen.

MELCHIOR CLARUS Habelsward.

Ecclesia Christi Pastor in Weigelsdorff.

Viro

Viro eruditissimo

Dn. JOHANNI GEBHARDO Sponso.

Felix conjugium, sed & beatum  
Omni vel meliore parte quod sit  
Non omnes capiunt: parumve curant.  
Nam pravo ad socios toros calore  
Multi deproperant, sibiq; querunt  
Expasâ placitam manu puellam,  
Quam commendat agri virentis uber,  
Et qua divitias perenniores  
Arcâ possidet aureâ, aut superbe  
Tantum jactat imagines avitas:  
Junones alii suas ocellis  
Ducunt, atq; agiles gradûs Amicæ,  
Et gestûs patriis politiores;  
Vel lingvâ benè mulsa sesamiq;  
Scitamenta volubili loquentem:  
Vel formæ fragilis boni ac caduci  
Solum scilicet æstimant decorem,  
In re Conjugii sed ecce pauci  
Numen sollicito ambiunt precatu,  
Uxoremq; sibi expetunt supernè.  
Qualem non OCVLIS MANUVÈ, sed vel  
Solis auribus invenire possunt,  
Si ritè excutiant, quibus sit illa  
Pridem nata Parentibus JEHOVÆ  
Quam devota sit, & domûs perita,  
Quam Patris reverens, quibusq; junctim

B


Donis



Donis polleat optima marito.  
Talem SPONSE tuam beate ELISAM  
Te nunc AURIBUS invenire lator,  
Sed & gratulor, ac calente voto  
Jam IHOVAM veneror, velit PUELLAM  
Hanc ipsam ut propriam tibi dicare  
Quod si fecerit, hoc scio futurum  
Omni vel meliore parte semper  
Felix conjugium, sed & beatum.

Christophorus Freitagius

P. L. E.




GEBHARDE nostri Gymnasii decus,  
Quo castus ignis Te rapit intimis  
Ardens medullis? Sangvine nobiles,  
Formam politas incluta virgines  
Habet Budorgis Pacis in ocio.  
Qui sit modestam quod Tibi Nymphulam  
Deposcis Olsnâ vulnifico diu  
Belli Flagello saucia qua gemit?  
Prudens profecto non aliter facis  
Ac Hortulanus, qui lepidam rosam  
Querens, de preti nil timet hispida.  
Crevit furores inter & horridi  
Mavortis ignes florida VVeckia  
Spinas ut inter damnificas rosa.  
Hanc Sponse felix carpe Tibi Rosam.  
Nil est rosarum flore venustius:

Nil

Nil est venustâ Virgine pulcrius.  
Innecte collo brachia candido;  
Deterge molles suaviolis genas,  
Quas sæpè rumor Martis & impetus  
Madere fecit. Nullus amaricet  
Hac vestra luctus gaudia. Maximi  
Manus Jehovæ vos Adamantinâ  
Ligans catenâ, semper abæneo  
Umbone vobis Dæmonis impios  
Defendat astus. Eusebies Torum  
Sternat; calentes Ætherei Patris  
Sacrata tædas Flammula concitet.  
Hoc ferre carmen me Pietas jubet;  
Subscribe votis corditrahis DELLS!

Casparus Passelius Olsn. Sil.



Est ita; præcipuas, Jovæ sub Numine, partes  
Conjugii in sacro fœdere poscit AMOR.  
Adsit AMOR; blando nexu duo corcla jugantur  
Nec data multiplici tollitur arte fides.  
Adsit AMOR; cursu tranquillo degitur ætas,  
Et grave Conjugii ritè levatur onus.  
Adsit AMOR; suavi concordant vota tenore,  
Mensq; duobus inest unica corporibus.  
Usq; adeo primas partes, quin imò secundas  
Conjugii in sacro fœdere, poscit AMOR.  
Ergo tuas meritò tædas, GEBHARDE, jugales  
Prædico, quas ignis vivus amoris alit,  
Uritur hinc & ELISA tuis modò WECKIA flammis;  
Tu rursus SPONSÆ carperis igne tuæ.

B 2

His




His, moderante DEO, coalescunt pectora flammis,  
Vestraq; conjugii fit data fixa fides,  
O bene: sic placide degentur tempora vitæ,  
Sic eritis voto, mente, fideq; pares,  
Sic torus optatos fructus protrudet amoris,  
Atq; subinde novâ fronde virefcet AMOR.

*boni ominis*  
debitaq; observantiæ ergo  
*precab.*

Jacobus Scheffrichius,

*Olfnenfis.*



Pindarische  
Ode/

Gerichtet auff der Jungfrau Braut/  
Elisabet Gebührer Weckin/  
nach dem Nahmen gesetztes Gedenc=  
sprüchlein /

Erkenne Gottes Willen.

*Στροφὴ α.*

In dem ENTO bey uns noch  
Viel schöner Städte so verheeret/  
Wie Caurus auß dem Norder-Loch  
Der Säume Wurgeln oben kehret:  
In dem vom Morgen her  
Der Ost-Thyrane rücket;  
In dem das kalte halter-Meer  
Viel Krieger wieder Mittag schicket;  
In dem der West ist auff dem Plan;  
So muß nur jeder man /

Weil

Weil er das übel nicht kan stillen/  
Erkennen Gottes Willen.

*ΑΥΤΙΣΤ. α.*

Ihr auch anjco machet es so  
Gar recht/ Herr Gebhard. ongeachtet  
Des Krieges-ferwers schnelle Loh  
Noch weiter sich zu schwingen trachtet:  
So ist doch lieben frey:  
Wenn euch die Zeit verlezet  
So bringet euch trost die fülle bey  
Die/ so euch allezeit ergetet.  
Wann ihr betrübt seyd wird sie nu  
Euch/ Liebster / ruffen zu/  
Sol sich des Kummers wütten stillen/  
Erkennt Gottes Willen

*Ερωδ. α.*

Sehet an den Mund / den Couis schöner nicht  
Könte mahlen:

Sehet die straalen

Die auff Euch wirfft der Augen-Licht/  
Der Augen/ die an euch ihr sehnen füllen:

Die sind euch beschert/

Und numehr gewehrt/

Erkennt Gottes Willen

*Στρ. β.*

Sehet/ ob man Ewre Phyllis nicht  
Vergleichen kan den Pierinnen?  
Solt nicht Ihr zartes Angesicht  
Die Gracien beschemen können?  
Cithere muß wol Ihr  
Zu sambe der Phoebe weichen/  
Ihr/ Ewres Hauses newer Zier.  
Wie mancher kan das nicht erreichen  
Das Er dergleichen Liebste findt  
Muß wol davor geschwind

B iij

Die



Des Plutus Menschen-hunger stillen:  
Erkennet Gottes Willen

*Avtiss. β.*

Ihr Gäste/ schonet nicht die Hand  
Noch zungen: rufe: jo hymen heute/  
Vnd Schreiber: glück zu ewrem Standt/  
Ihr beyden neuen Ordens-Leute.  
Seht Phœbus selbst den kömpt  
Vom Pindus bis zu singen  
Macht/ das ihr ihm gleiche stimme  
Ein liedlein von der Braut zu bringen  
Doch gönne Herr Gebhardten/ das Sie  
Sich heut allein bemüß  
Wie sie mög' ihn mit frewd' erfüllen/  
Erkennet Gottes Willen

*Ερωδ. β.*

Vnd teglich Ihr/ Herr Gebhardt/ nehmet an  
Was Euch giebet/  
Der Euch liebet/  
Der höchste: dencket auch daran/  
Das die so nun wirdt ewer Bette füllen  
Früchte bringen kan  
Die euch lachen an:  
Erkennet Gottes Willen.

Dieses schrieb zu Breslaw/  
*Anno, quo*

ECCE, a Lgldo fInICItō  
NoVeMber appropInqUat,  
Iano Ut Gebhardo IUnGItUr  
ELIsa WeCClana.

Carolus Ortlob  
von der Dissen.

*Ad Thalamum, Vir docte, tuum breuiuscula canto:*  
Sit Tuus ô longus, Sponse, jugalis amor!

ELIAS HOIERUS junior  
Scholæ Olsnenfis Alumnus.

\*\*\*\*\*  
**Q**uod Vates multis, id versu comprecor uno,  
GEBHARDUS canus, VVECKIA fiat ANUS.

*Honorando Dno Sponso Cognato gratulor  
puerulus*

GODOFREDUS VIEBINGIUS  
Stregoniâ Sil.

F. I. N. I. S.

\*\*\*\*\*  
GRATULATORIA BRESLA paulò  
tardius missa & OLSNENSIVM adjecta.


**I**nstricto, si quod servandum, Jure videtur,  
Est Iuramentum, Religioq; DEI.  
His sine nemopote est commissum munus obire  
In triplici vivens Ordine, sive statu.  
Iuramenta DEO & cultum nam praestet oportet;  
Est aliquis Sacris praeficiendus Homo.  
Aut si quis mavult praesse forensibus actis,  
Hac eadem praestet, cum gravitate fori.  
Ingreditur tandem Thalamum par nobile, juret  
Preloquitur Pastor, qua sacra verba, Chori:  
Hoc etiam mavis ultro servare, GEBHARDE,  
Quando subis sacri foedera pacta Tori.  
Nec tu vis tantum: verum lectissima VIRGO  
Vult Iuramentum rite revovere DEO.

Attu-



*Attulit hoc Olsnâ secum, quod nomen abunde  
 Testatur quando hac ELISABETA cluit.  
 Elisabeta DEI Iuramentum notat, inde  
 Conveniens isthac nomen & omen habet.  
 Ergò precor vobis hac Iuramenta Iehova  
 Præstetis simul ac Religionis Opus,  
 Sic benè cum Iova succedent Omnia Vobis,  
 Qua Thalamus sponder, quæq; requirit Amor.  
 Honoris & Amoris ergò  
 Amico suo Pyladéo  
 fac:*

M. DAVID CAMERARIUS



**E**Lisabethanus fidus Collega Docentùm,  
 Nunc ductu & dono consilioq; DEI,  
**Collegam thalami casto sibi fœdere jungit**  
**ELISABETHAM, quæ splendida gemma, decus**  
**Virginei sexûs, verâ pietate coruscat,**  
 & virtute nitet, moribus aucta bonis,  
 Talis nempe datur, qui Te, pie CHRISTE verentur,  
 & castis precibus Numina Sancta colunt,  
 Ergò tibi velut tanto de munere grator,  
 Sic vestro voveo prospera quæq; toro:  
 De DEUS, unanimes vivatis Nestoris annos,  
 exulet à vobis jugiter omne malum;  
 Det sanam prolem, lecti det pignora grata,  
 quæ Matrem referant, quæ referantq; Patrem,

*Ita Dn. Coll. suavissimo  
 animitus pr.*

**Bernhardus Breitschwert**

Freudental. Silesius Gymn.  
 Elisab. Coll.

